Dpl. 61

63

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum intereſt, Universis et Singulis. Contineri in Prothocollo Cancellariæ Majoris Regni, Rescriptum Superadditionis Commiſsariorum, in Causa dislimitationis Bonorum, Dyputtycze Ludzkie, Regalium a Bonis Uher Terrestribus, cujus tenor sequitur, estque talis. Stanislaus Augustus Dei Gratia etc. Generosis, Georgio Gatęzowski Lublinensi, Michaeli Weglinski, Andreæ Kaznowski Chełmensibus, Camerariis Terrestribus, Vincentio Gatęzowski Regenti Castrensi Lublinensi, Antonio Malinowski Subdelegato Castrensi Mielnicensi, Josepho Janiszewski Stęzycensi, Simoni Konyatowicz Kurcewicz, Antonio Dzierzanowski, Ignatio Zyzynski, Chełmensibus, Josepho Polikowski, Vincentio Konopka, Francisco Grzymkowski Vices Gerentibus Castrensibus Lublinensibus, Casimiro Dzierzanowski Chełmensi Josepho Węglinski, Joanni Gewattowski Lublinensibus, Vice Regentib. Terrestribus, Carolo Laſsota Præfecto Arcis Novogrodensis, Andreæ Gluski Ensiferidæ Lublinensi, Thadæo Telezynski Notaridæ Castrensi Owrucensi, et Joanni Nepomuceno Łecki, Geometræ Jurato, fideliter Nobis dilectis, Gratiam Nostram

tiam Nostram Regiam. Generosi, fideliter Nobis dilecti.
Designavimus Commissionem Granicialem, per Rescriptum
Nostrum, sub die decima Mensis Maij, Anno Domini, Millesimo
Septingentesimo Octuagesimo Quinto, emanatum, ad disli=
mitanda Bona Nostra Regalia, Dyputtycze Ludzkie
vocitata, Possessioni Generosorum, Josephi Suffczyń=
ski Excubiarum Regni Ex Præfecti, et Annæ de Zakrzew=
skie Conjugum, tum Magnifici Michaelis Suffczyński,
Ex Castellani Czernensis, subjecta, a Bonis Terrestribus Uher,
cum attinentiis Ruzkie Dyputtycze, ac aliis eo perti=
nentibus, Admodum Reverendi in Christo Patris Fran=
cisci Olędzki Episcopi Cambisopolitanensis ante hac,
ad præsens vero, Generosi Petri Radziminski Succame=
rarii Nostri Hæredi, ibidemque certos Commissarios No=
stros delegavimus. Cum vero prænominata Commissio,
partim ob subsecutam mortem aliquorum, partim ob
legalia impedimenta non nullorum, effectum suum sor=
tita non sit. Proinde Fidelitates Vestras, pro Commi=
ssariis hac in causa, ad dislimitanda Bona eadem,
superaddendos esse commisimus. Prout præsentibus
Literis Nostris, superaddimus, et deputamus, requirendo
ut Fidelitates Vestræ inito secum, et communicato,
junctim cum Magnificis et Generosis Commissariis, ante=
acto Rescripto Nostro designatis Consilio, præviis Innote
scentiarum suarum Literis, duabus septimanis, ante
Terminum Commissionis suprascriptis, partibus prin=
cipalibus, tum quibusvis collateralibus intimandis,
prævia quoque adcitatione, quorum interierit, ad lo=
cum differentiarum descendant, ibidemque absen=
tia non nullorum, dummodo quinque adsint, non

obstante

obstante nec contumacia partis innotescitæ, et adcitatæ, et non comparentis attenta, post fundatam Jurisdictionem suam Commiſsorialem, ad sopiendas differentias Granitiales, accedant, easdemque ex producendis Documentis, tum Inquisitionibus, conformando se, ad Regulam, prærecensito anteriori Rescripto Nostro, præscriptam, pro Jure, et Justitia decidant, et disjudicent, committimus. Facturæ sunt præmiſsa Fidelitates Vestræ, pro Gratia Nostra Regia, et Officiorum suorum debito. In quorum fidem, præsentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri juſsimus. Datum Varsaviæ Die IV. Mensis Januarii, Anno Domini MDCCLXXXVIII. Regni vero Nostri XXIV. Anno. Stanislaus Augustus Rex. Quod ejusmodi Rescriptum, prout in dicto Prothocollo reperitur, Nos ex eodem describi, et parti postulanti, in forma Authentica extradi, et Sigillo Regni communiri juſsimus. Datum Varsaviæ Die Vigesima Quinta, Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Octavo.

BIBLIOTEKA K.U.L. UNIWERSYTECKA

Hyacynthus Małachowski
Supremus Regni Cancellarius

Relatio Illuſtriſsimi, Excellentiſsimi, Domini Domini, Hyacynthi, Comitis ...tecz, a Małachowice, Małachowski. ...remi Regni Cancella... Radoszycensis, Grode...s, Sannicensis, etc. ...apitanei

ex Prothocollo
Anni 1788.

Rescriptum superadditionis Commiſsariorum, in Causa dislimitationis Bonorum, Dyspubtycze Ludzkie Regalium, a Bonis Uher, cum attinentiis Dyspubtycze Ruskie, ac aliis, Terrestribus.